



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Ex Herodoto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Dij, Deaque obfidetur: Castra feruorum publicos vestros Penates tenent: hæc vobis forma sanæ ciuitatis videtur? Tantum hostium non solum intra muros est, sed in arce supra forum, curiamque, comitia interim in foro sunt, Senator in curia est: velut cum otium superat: Senator sententiam dicit, alij Quirites suffragium ineunt. Non quicquid patrum, plebisque est, Consules, Tribunos, Deos, hominesque omnes armatos opem ferre, in Capitolium currere, liberare, ac pacare augustissimam illam domum Iouis optimi maximi decuit? Romule pater, tu mentem tuam, qua quondam arcem ab his iisdem Sabinis auro captam recepisti, da stirpi tuæ; iube hanc ingredi viam, quam tu dux, quam tuus ingressus exercitus est. Primus eni ego Consul quantum mortalis Deum possum, se ac tua vestigia sequar.

O E C O N O M I A
orationis.

- I. Proposicio periculi, & hortatio ad depellendum.
- II. Argumenta petuntur à sacris qua in istis adhortationibus primum locum obtinent. Vide orationem Camilli de migratione, in qua hunc locum suis perextum inuenies.
- III. Concluditur per Apostrophum ad Remulum, similiter Germanicus apud Tacitum libro primo, cum ad compescendam militum seditionem peroraret, Augusti mentem innocauit. Tua diue Auguste caelo recepta mens, Tua Pater Druse imago, tui memoria, iisdem istis cum militibus, quos iam pudor, & gloria intrat, eluani hanc maculam.

X E R X I S O R A T I O.

Oratio antiquum candorem minimè elaborati sermonis sapit.

Ex Herodoto.

Πέρσαι, τῶν ἑγὼ ὑμῶν χεῖρα, ὑμῶν σωτῆρα, ἀνδρας τε γίνεσθαι ἀγαθοὺς, καὶ μὴ κατασχεῖν τὰ πρόσθεν ἐργασμένα Πέρσῃσι, ἕντα μεγάλα τε καὶ πολλὰ ἄγρια. Ἄλλ' εἰς τεθκατος καὶ οἱ σύμπασιες προθυμίῃ ἔχωμεν. ζυῶν γὰρ τῶν πάντι ἀγαθῶν ἀπέδεται, ἢ καὶ ἕνεκα προαγορεύω ἀντέχεσθαι ἔπολέμῃ σίτετα μένως. ὡς γὰρ ἐγὼ τῶν δεινῶν μα, ἐπ' ἀνδρας στρατευόμεθα ἀγαθοὺς, ἢ ἢν κρατῆσωμεν, οὐ μὴ τις ἡμῖν ἀλλ' ἑστῶτος ἀντιπῆ κατέ ἀνθρώπων, νῦν δὲ διαβαίωμεν ἐπευξάμενοι τοῖσι θεοῖσι τοῖσι Περσῶν γῆν λελόγχασι.

PERSA, ego vos, quorum opera mihi opus est, contraxi, vt viri præstantes existatis, ne uires hæctenus gestas à Persis magnas, præclarasque dedecoretis, sed cum singuli, tum vniuersi exhibeamus nos alacres, commune enim hoc hominibus bonum est, strenuos esse. Eaque de re vos cenfui præmonendos, ad bellum constanter tolerandum. Nam (vt ego audio,) aduersus viros egregios tendimus: quos si superauerimus, nullus vnquam nobis alius exercitus obstabit. Nunc igitur Deos præsidis terræ Persidis precati tranfcamus.

Hortatio ad fortitudinem.

O R A T I O A R C H I D A M I.

Argumentum.

Comparato bello à Lacedæmonijs & socijs Peloponenfibus aduersus Athenienses, & contractis in vnum copijs. Archidamus rex Lacedæmoniorum, qui illius belli summam obtineret, conuocauit sociorum proceres, eosque, cum conuenissent, hac ratione

Qqqq horta-